



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Sanctiſimum chiragræ doloribus liberat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

Haud sibi falsus: Cordelius eo morbo paucis post diebus occubuit.

Quod sequitur non minus admirabile. Die quodam summo manè, cum Petro Consolino comitatus ad Philippum pergerem, vix cubiculum ingredior, in quod nullus fores custodiente me penetrare poterat, cum ille dicere cœpit; en Cordelius proxima nocte, hora tali (certam designavit) efflauit animã; sed mirantibus nobis, qui tandem id rescire potuisset, notata hora, missoque confestim qui rem cognosceret; omnia B. Patris prædictioni respondere comperiuntur.

*Sanctissimum chiragræ doloribus liberat.*

*Id acceptum  
ab Augustino Cusano Card.  
Federico Card. Borromæo,  
Francisco Maria*

**E**odem anno Summus Pontifex Clemens, Paschalibus diebus, magnis chiragræ doloribus conficiebatur: id vt Philippus cognouit, eum adiit, cumque illum de more amplecti vellet, eiusque manus prehendere

hendere; subsiste Pater, ei Summus Pontifex dicere cœpit, & ne quæso propius accedas; manus enim dolet mihi vehementer: mox Philippus, non me inquit, morbi tædet, quòd per eum licet tibi parumper curis vacare, sed doloris: ad eiusque manum adrepens sua ei admota totum confestim dolorem ab ipsa depellit.

*Novus Philippi morbus.*

**M**Olestissima Philippus febris eodem huius sæculi anno nonagesimo quinto, iij. kal. April. corripitur: incœpit febris ab horrore, is tantus fuit, vt Augustinum Valeriũ Cardinalem, qui eum salutatũ venerat, ne vno quidem verbo potuerit excipere.

Inhæsit assiduè febris totum mensem Aprilem: sed accensus ille cupiditate rei factæ faciendæ, die Sanctorum Apostolorum Philippi, & Iacobi, qui in kal. Maias incidit, pri-

die

*Taurusso Card. Cesare Baroniõ Card. qui ab ipso Summo Pontifice accepisse testificati sunt. idem ab alijs Philippo Sive di-*  
*dicimus.*